

¶ Pars .i. v.

¶ Ca. .i. vi.

spēctantes decipiunt ⁊ prauitate dogmatis audientes seducūt ⁊ in demolliendam vineam domini sabaoth totis malignitatē sue fraudibus intendunt. Ceteri qui simpliciter errant cōrri- gendi ⁊ erudiendi sunt. dummodo erroneos suos p̄tinaciter nō defendunt.

¶ Epilogus predictōrum q̄ omnia in lege precepta sunt rati- onabilia. ¶ Ca. .i. vi.

**R**euertamur autem ad id in quo eramus ⁊ dicamus: q̄ postq̄ iam claruit nihil esse in tota lege quod nō habeat causam rationabilem sue preceptionis vel p̄- hibitionis aut enarrationis. Manifestum est nihil esse absur- dum: nihil irrationabile in ea ⁊ hoc in multis euidenter appa- ret: cum manifestam: vel honestatem contineant vel utilitatem ⁊ propter hoc in his non oportet aliquatenus laborare. ¶ **A**ncipiamus ergo in alijs causis ⁊ rationes preceptionum ⁊ prohibitionum iuxta literam aperire. Primum ergo de sacri- ficijs ⁊ altari. Deinde de circuncisione. Nec enim omnia ante legem Moysi obseruata sunt a patribus. Cayn enim de fructi- bus terre legitur obtulisse munera domino. Abel vero de pri- mogenitis gregis Geneseos. iij. Similiter ⁊ Melchisedech pa- nem ⁊ uinum Genes. xij. Abrahe uero circuncisio imposta est ⁊ iniuncta a domino deo toti generi eius Genes. xvij. p̄- pter quod ⁊ tota gens sarracenoꝝ circuncinditur. Hanc ergo traditionem ab Ysmahel filio Abrahe primum recepit gens arabum: qui proprie ysmahelite nominantur. Ysmahel enim gentis arabum institutor fuit: sicut narrat Iosephus in libro antiquitatuꝝ. Est ergo sacrificium oblatio que ⁊ sacra fit offerendo: ⁊ sacrat seu sanctificat offerentem: nisi hoc aut ir- reuerentia aut aliud peccatū offerentis impediatur. Et dixerunt aliqui quia sacrificiū non est nisi de animabus: ⁊ errauerunt in hoc: quia etiam de similia sacrificium est: sicut legitur Le- uitici. ij. ⁊ etiam de aromatibus: sicut legitur Exodi. xxxv. Me- rito autem questio est: quare sacrificium sibi offerri uoluit de- us: qua de causa placuerit ei moys animalium innocentium. Nihil enim suauitatis habet per se nidor cadauerum: nihil uti- litatis carnificatio illa animalium: sed solum laborem horro- rem ⁊ iniquationem offerentium. Preterea que iusticia est. Nec autem cum homines soli peccent pro peccatis eozum sola animalia ⁊ illa innocentissima moriantur. Iuxta illud: Quid merere boues. animal sine fraude uoliscq̄. ¶ **B** In quo respon- dem⁹: quia septem de causis ante legē ⁊ etiā sub lege sacrificia